



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XIV. Sancti Patris Benedicti. M.C.XXXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

Post annos autem aliquot, denuo mis-  
sus in patriam Apostolico labore stre-  
nue desudavit, perniciosissimosque  
Hæreticorum errores retegere & con-  
futare non desit. Et vero licet gra-  
*Florina  
ab Hæreti-  
cu patitur.*

*Verè Mar-  
tyr haben-  
dus.*

Vnde multis difficultatibus, multisque & evidentissimis vitæ periculis  
se expositus, licet semper Dei gratia  
ad multorum salutem conservatus. In  
quem aliquando Hæretici, furore &  
rabie plus quam diabolicis irruentes,  
fustibus ipsum egregie dedolarunt.  
Iterum dum pro Concione aliquando  
diceret & efficacissimis Verbis Fidem  
Catholicam astrueret, Hæreticus qui-  
dam sclopum in eum exploxit, & hu-  
merum ejus trajectit, quo licet vulne-  
re pro Voto impiorum non interjerit,  
magno tamen inde deinceps dolores  
sensit, & periculosè aliquamdiu decubuit.  
Quæ omnia sancto viro mag-  
no commodo erant, quod hæc omnia  
laetus sifferret, & in Sacrificium Deo  
consecraret, & non aliter atque summa  
Dei Beneficia aestimaret atque ac-  
ceptaret, intentionisque ac desiderij  
sui, ad Martyrium pro Christo tole-  
randum, fervorem concitaret. Ut  
nemo satis, sive ex labore ejusdem fru-  
ctum, sive ex tanta patientia, sanctâ-  
que intentione meritum unius hujus  
viri Apostolici possit aestimare. *Ex*  
*Angl. ver. Script.*

*Alexander  
à Lacu  
Cremi-  
phan, Abb.*

Extinguitur hoc anno magnum,  
Ordinis & Superioris Austriae orna-  
mentum Reverendissimus Dominus  
Alexander à Lacu, Hilariensis primū,  
dein Garstensis, Cremiphancensis de-  
nique Monasterij pulcherrimi Abbas  
de re Catholica optimè meritus, qui  
magno Religionis Zelo, subditos Mo-  
nasterij in Hæresim prolapsos feliciter  
revocavit, idemque faciendo multis a-  
lijs auctor fuit. Idem summa rerum  
gerundarum pollens dexteritate, ad  
maximorum Principum expertitus Au-  
las, gravissimis Legationibus, insigni

boni publici emolumento, felicissimè  
est perfunctus. Roma Paulum, V.  
Pont. Max. ipse convenit, & gravissi-  
ma cum ipso negotia tractavit. Varia  
exstruxit, multa excoluit, magnasque  
à Cælare gratias retulit, immunitates  
impetravit, suis denique omnibus Re-  
ligioso vitæ exemplo insigniter præ-  
luxit. Mortuus immortale sui deside-  
riu[m] suis dereliquit. 19. Maij anni præ-  
sentis. *Ex monim. ejusdem Monast. Cre-  
miphan.*

Obiit eodem anno singulare Sacrae  
Bursfeldensis Congregationis Oracu-  
lum Reverendissimus in Christo Pater  
ac Dominus Joannes Attræus à Ket-  
tich celebris Monasterij de Lacu dicti  
Diocesanos Trevirensis Monachus &  
Abbas meritisimus, Praefatæ Congre-  
gationis Praeses doctissimus, eruditio-  
nis, eloquentia & Virtutum omnium  
laude decantissimus, incredibili to-  
tius Monachici Ordinis luctu 26. Maij  
extinctus. *Ex Monim. ejusdem Monast.*

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . X I V .  
*Sancti Patris Benedicti. M . C . X X X I V .*

**I** Terum, Triumphis Martyrum in  
coelesti Hierusalem insignem sub-  
mittit Heroem Ordo noster, Beatum  
Thomam Helmum sive Dunstallum,  
post rem generosissimè in Anglia ge-  
stam, ad præmia æternitatis vocatum.  
Hic ex illustri Duaceno Apostolicæ  
Confederationis prodiens Collegio  
Candidatus in laboribus, angustijs &  
periculis Apostolicis, sexennium fe-  
rè in patria exegit, majorem partem  
perpetua & constantissima Christi, è  
vinculis & carceribus, confessione.  
Pronunciata demum in... eum mortis  
sententia, signo se Sanctæ Crucis com-  
muniens: *Benedicta sit, inquit, Sancta*  
*Trinitas, atque indivisa Unitas: confie-*  
*bitur ei, quia fecit nobiscum Misericordiam*  
*suam.* Utque adstabat coram Tribu-  
nali, in genua procidens, aliquod tem-  
poris spatium orationi impendit. Ju-  
sus ad patibulum usque ad equorum  
caudas raptari, tum suspendi, mox fu-  
ne reciso Semivivus è patibulo detur-  
bari, virilibus, corde, & visceribus e-  
vulsis, ac in accensum rogum proje-  
ctis, tum demum capite truncari, &  
in quatuor partes discripi, *D E O g r a-*  
*tias, respondit, Atqui omnia ista, allo-*  
*quitur Judicem, Per illusris Domine,*  
*mors*

*mors sunt tamummodo unica, eaque non  
admodum pertinet quodammodo. quam ego ample-  
ctor libertissime. Rogatus sub mortem,  
Jesuita, an Sacerdos esset sacerdotalis? Sa-  
de Ord. S. cerdotem se esse professus est, votum tamen  
P. N. sus- emissum, modo posset de nomine in familiam  
sujendo. Divi BENEDICTI adscribendo: Cugus,*

*inquit, Monachi primi omnium invexe-  
runt in hoc Regnum lumen Fidei; & cu-  
jus vos Nomine habetis insignitam (in ur-  
be scilicet Nordvicensi) vestre civitatis  
portam: illic, queso vos, recessum à cervi-  
cibus caput suspendite. Quod ut expeti-  
erat, postea factum est, tamque illustre  
Trophæum ac tam charum caput, san-  
ctissimo Patriarchæ nostro, in ejusdem  
porta suspensum. Spectavit adeo hi-  
lariter supplicij instrumenta, & rogam*

*Thomas noster, ut recreari plurimum  
inde videretur; fuitque ab ipso certa-  
minis tam acris exordio, ad ultimum  
vitæ spiritum, non modo horror in ip-  
so nullus, sed nec pallor, seu ulla co-  
loris aut vultus immutatio, non ma-  
nus, non pes, non ulla pars corporis  
intremuit, nullum nec minimum ti-  
moris indicium, sed eamdem constan-  
tiam, eamdem oris alacritatem, toto  
illo tam difficulti agone perpetuo con-  
servavit, quod certè stupebant specta-  
tores omnes, frequentissimo numero  
ad id spectaculi confluentes, minimè  
bis mille equestris & militaris digni-  
tatis, aut Generosi & Nobiles. Deplo-  
rarunt omnes mortem illius, plurimi  
etiam collachrymati sunt. Neque in-*

*Martyrio ventus est, ullus vir, fœmina, aut puer  
affluitur. (ita Martyrij ejusdem scriptor assever-  
rat) qui, ut alias frequenter Hæretico-  
rum acerbitate factum, verbum ad il-  
lum turpe, aut ignominiosum diceret.*

*Passus est, vere generosus, & invictus  
Christi Martyr, & Sanctissimi Patris  
nostris & Anglicanæ Congregationis  
Candidatus octavo Iduum Julij Anni  
1614. & sacra ejus membra ad diver-  
sas Urbis portas, caput autem, ut sup-  
ra dictum, ad S. P. N. Benedicti su-  
spensa: cuius indelebilis, in multorum  
cordibus memoria perseverat. Ex au-  
thentica relatione Martyrij ejusdem. &c.*

*Claruit sub hoc tempore eximia vi-  
ta sanctitate, in Monasterio S. Jacobi  
Heribolensi R. F. Gabriel ejusdem lo-  
ci professus; qui confuetis Religiosa  
Heribol. Vita exercitijs ac demandatis sibi fun-  
ctionibus, inusitatum & hoc ævi stu-*

pendum rigorem adjuixerat. Solitus  
enim fuit integras ferè noctes vigilan-  
do, precando, sacrificante meditationibus  
vacando traducere, ita ut somno nun-  
quam ultra tres horas indulgeret. Ab-  
stinentia fuit admirabilis, quotidie fla-  
gris se acriter cædendo copiosum san-  
guinem fundebat, ingentis ponderis  
catena ferrea brachij ferè crassitier,  
æquante corpus incinxit, quaæ catena  
ad mortem usque gestata ita in carnis  
interiora, se se immisit, ut profundis  
immersa sulcis, dimidia ferè sui par-  
te carne obducta fuerit, nemine ejus  
rei gnaro, nisi solo Antistite, cuius è  
nutu Gabriel totus pendebat. Affer-  
vaturque etiamnum hoc cingulum, ta-  
ntæ virtutis in testimonium in om-  
nem ætatem futurum. Ipse vero DEI  
familus miris cœli favoribus recrea-  
tus, dum noctu precipibus de more fun-  
dendis incumbit, eo loco quo sanctus  
Macarius Monasterij ejusdem primus  
Abbas humatus olim fuit, sæpe nume-  
ro suavissimam Angelorum Musicam  
percipere meruit, quam rem vehe-  
menter admiratus, facile sibi ipsi per-  
suasit altioris negotij indicium esse,  
ac proinde Abbatu detexit, qui quære-  
re ac fodere Gabrielem jauit, spe bo-  
na nixus ab ipso S. Macarij corpus re-  
periendum esse, quod & factum, nam  
vir pientissimus diligenter observato  
loco cœpit levare lapides, moxque sa-  
cras Macarij reperit exuvias, una cum  
indubitate fidei litteris & testimonijs,  
elevatione deinceps majori cum aucto-  
ritate & reverentia suscepta sequenti  
anno, Deo ipso corpus magnis mira-  
culis honorante. Ex Mich. Haim.

*Jpsu hoc anno splendoribus San-  
ctitatis Gallias Italiisque illustrat,  
Redivivus Joannes Barrerius, an potius,  
alter in altero BENEDICTUSS sancta  
memoriae Joannes à sancto Mauro, se-  
cundus Admirabilis Fuliensium no-  
strorum Vicarius Generalis; vir mor-  
tificatissimus; & verè mundo atque  
carni mortuus, & merito magni à mag-  
nis factus, sub quo, ejusdem sanctissimo  
vitæ exemplo, tantopere se se sanctissima Fuliensium Reformatio ex-  
porrexit, ut ad confusionem sempiter-  
nam delicatorum carnis propriae ser-  
vorum & mancipiorum, numerus ul-  
tra septuaginta Monasteria se se expor-  
rexerit, eaque inter solum Fulien-  
se*

longe supra trecentos Religiosos, imo  
Martyres ultroneos, numeraverit, om-  
nibus singulisque, etiam complexio-  
ne & natura debillimis, tantum vita  
*Rigor vita*  
*salutaris.* rigorem, famem, sitim, algorem ali-  
olque cruciatus, tanta patientia, imo  
animi alacritate sufferentibus, ut ne-  
mo non adverte cogeretur, solatia  
spiritus, & DEI gratiam, majora eti-  
am corporis fulcra & firmamentum  
esse, quam quidquid ingluvies homi-  
num & luxus, ad robur simul & de-  
licium excogitat usurpatque. *Ex Fu-*  
*lienfum monumentis, Malabayla, &c.*

*Etiā Egyp̄us Be-*  
*neditio Re-*  
*divivo ani-*  
*matur,* Ne vero putes in Europa solum no-  
stra Redivivum se in suis filiis Red-  
hibere sanctissimum Patrem nostrum  
BENEDICTUM & in Catholicis ran-  
tum & Christianæ fidei addictis regio-  
nibus, exemplum mirabile viri sanctissimi  
ex Ordine nostro afferamus, qui  
hoc ipso anno glorioſissima morte vi-  
tam sanctissimam, inter juratissimos  
Christi hostes, Turcas nimirum con-  
clusit, illis ipsis & dum viveret, & à  
morte venerandus. Fuit is Reverendissimus P. D. Joannes Baptista, Ab-  
bas Monasterij Van, haud procul ab  
Alexandria Ægypti siti, Benedictini  
Ordinis ibidem Abbas ab accolis vul-  
go Zak, sive Kak (hoc est, Vitulinus)  
cognominatus; inde nimirum, quod  
quatriduanum soientē vitulū à mor-  
te revocasset, cum Turcæ nostris va-  
ria contemptum exprobarent, & pro  
signo probatae cœlis & Numini Fidei  
Christianæ hoc signum exigenter. Non  
recusavit DEI dilectus, pro Christiani  
nominis & Numinis gloria: Revi-  
xit quam primum, eo preces fundente,  
vitulus, in pedes constitut, & ad  
vaccæ matris ubera cucurrit, stupen-  
tibus, qui viderant & audierant, uni-  
versis & Christianos, maximè Monas-  
chos exinde nostros plurimum reverentibus. Nec minus à morte deinceps magnis miraculis & virtutum o-  
peratione ac signis claruit in suo supra  
memorato Cœnobio sepultus, magnis  
beneficijs non solum Christianorum  
fruiens & accendens pietatem, sed &  
infidelium necessitatibus condolens  
quasi, & prodigiosè succurrens. Mi-  
rabile illud, quod, dum alij Turcis  
DEI magnalia in fervo hoc suo depræ-  
dicantibus, alijs ejusdem festæ, non  
tantum calumniari præsumit, sed, fal-

*B. Joannes*  
*Bapt. Ab-*  
*bas Vanen-*  
*sis.*

*Vitulum*  
*quatriduo*  
*mortuum*  
*refusata.*

*Miraculo-*  
*rum glo-*  
*ria.*

va legentium reverentia, etiam ven-  
tris fôrdes exonerare in tumulum, vi-  
scera insimul ejecerit omnia, horren-  
dâ illico morte extintus: quod scelus  
detestati ipsi contemptoris parentes &  
cognati, cum supplices, nescio quid,  
sancto vovent, in oculis omnium re-  
stitutus vita est mortuus, integrum  
que illico consequitus sanitatem. Nec  
unius solummodo viri eo ipso loco,  
sed pluribus, cum in Ægypto, tum in  
Arabia, Benedicti Redivivi exempla-  
ria se produnt, ut alias innuemus, &  
memorabimins, atque utinam in tam  
remota indaganda sufficeremus. *Ex*  
*Arachiale Beglerio Abb. S. Steph. prope*  
*Urbem Spasenensem, Constant. Cajet, &c.*

Scedit hoc anno Bellmontium Ma-  
ria nostra de Bellavillier, nequid per  
mortem Amitæ sanctissimæ & vaca-  
tionem longiore, simistri Cœnobium  
Illustrissimum pateretur. Incredibile  
penè est, quo plausu à Monialibus  
excepta, gaudio non diu duraturo, cum  
paulo post intelligerer, Mariam Me-  
dicaram Galliæ Reginam, ad instan-  
tiam Magnatis alicujus Gallici annuis-  
se, ut alterutra Abbatiarum Bellovil-  
lariensi relicta, sive Montis Martyrum,  
sive Belli Montis, relicta, alteri cre-  
deretur Abbatissæ. Cum autem pre-  
fici (inquit Vita Auctor, alijs, eā tan-  
tum lege vellet, ut Deo ipsi prodeſſe  
magis magisque posset, Abbatissæ Bell-  
montanâ, iuſſu & consilio Confessarij  
cessit, in gratiam neptis sua, cum ei  
se vadem prius integratatis morum,  
prudentiae & perfectæ obſervantiae stu-  
dij indefeffi ejusdem neptis sua, itera-  
to etiam idem Confessarius præstis-  
set. Abscessit igitur morentibus om-  
nibus & communem parentem de-  
flentibus Bello-Monte Bellvillariensis,  
comitante nova Abbatissâ nepte sua,  
quam secum ad Montem Martyrum  
duxit, ut oculis ipsis testibus intelli-  
gens, quomodo Legislatori nostro san-  
ctissimo parentum effet, rediua Sa-  
cra Regule obſervatione, idemque per  
biennium experta facilius mores eos-  
dem in Cœnobium suum induceret;  
quod & efficacissimè intrepida præsti-  
tit. *Ex Vita ejusdem Bellvill.*

Juvanda iterum, more nostrorum  
Veteri, sacra aliqua familia, & fo-  
venda, memorabili omnino, nunc pri-  
mum dicta Bellvillariensis nostræ me-  
rito,

rito, verbis ejusdem Authoris refero :  
 "Vix autem domi considerat, cum multis  
 rogata precibus, maximè Celsissimi  
 mi Principis Archiepiscopi Parisiensis,  
 compellitur, ut suppetias Sororibus de  
 Poenitentia nuncupatis, Luteris com  
 morantibus ferret. Is porro erat ha  
 rum Virginum status, iij perditum mo  
 res, & publica scandala, ut sola tan  
 to vulnieri par esset medicina Mont  
 martana mater. Concessit igitur in  
 Reformationem famosam Domus, de  
 lectas in tam arduum & lubricum o  
 pus, Moniales aliquot, quas sanctis suis  
 adhortationibus ita roboravit, ut Du  
 ce altera Matre d' Alvaguin ( supra  
 laudata ) quam omnibus praefecerat,  
 innumeris laboribus exantlatis, sola  
 Dei opitulantis gratia secundante, pe  
 riculis omnibus, iurijs, convictis, in  
 sidijs fortiores factæ, antrum illud im  
 mane in omnimodis sanctitatis & per  
 fectionis observantie aram commuta  
 rent. Ita ut pene incredibile videa  
 tur, ab una Christi ancilla tantum præ  
 stari potuisse ita, ut quod antea reper  
 erat impurissimum stabulum, serpen  
 tibus & aspidibus plenum Monasteri  
 um, inde nunc diversissimis locis mit  
 teret incomparabilem omni Veneno  
 tollendo medicinam.

In Hispanijs æquè potentem in de  
 billimis fæse ostentat sub hoc tempus  
 Magni gratia Numinis, ut confundar  
 fortia. Verbis Henriquezij de industria  
 placet promere. Eodem tempore, in  
 quit, Deus mentes Monialium, quæ  
 Deo dicatae in Monasterio dicto Pe  
 rales, Christo inserviebant, excitat, ut  
 majori fervore, suavi Christi jugo  
 sumpto, S.P. N. BENEDICTI Regu  
 lam, secundum Veterem Cistercien  
 sium Patrum rigorem, observarent.  
 Incipiebat paulatim Divini Amoris  
 ignis ille, in Moniali cordibus se pro  
 dere, ut jam amplius celari non pos  
 set, sed illæ mentem Superioribus ex  
 ponenter, dicerentq; sibi propositum  
 esse, quam maxima possent austera  
 te Regulam, quam professæ erant, re  
 jectis superfluis & trepiditate, quam  
 tempus & fragilitas induxerant, ser  
 vare. Patribus visum ante omnia in  
 quirere, si Spiritus hic verus esset, &  
 non à malibri varietate procederet.  
 Quo facto, re ipsa didicerunt, DEI di  
 gitum hinc esse, & Sanctum Spiritum

operari, qui carum Voluntas dirige  
 ret. Et nolentes tam pias intentiones  
 remorari, sed potius promovere, om  
 nem moverunt lapidem, ut hujusmo  
 di Reformatio deduceretur in actum.  
 Utque hoc certius fieret, alias Le  
 ges dixerunt, quo rigor ille, quem  
 amplexuræ erant, stabiliretur. Cum  
 que undique circumspicerent, cui op  
 timè hoc tanti momenti opus coni  
 teretur, quique inter tot Congregatio  
 nis insignes viros pietate, Zelo, & in  
 dustria, idem promoveret; nullus se  
 potior, quam R. P. Augustinus Lopez  
 zius, Vallis Bonæ, in Castella Mona  
 chus obtulit, quod ejus eruditio, & pru  
 dentia omnibus nota esset. Hujus er  
 go in mandatis datum, ut novas Chri  
 sti Discipulas instrueret, & Leges No  
 va: Reformationi daret. Obedit ergo,  
 & Deo suggestente, tam abunde Su  
 periorum Voluntati, & Sponsarum,  
 Christi menti satisfecit, ut impletata à  
 Sumo Pontifice earumdem constitu  
 tionum confirmatione, nova hujus vi  
 tæ Fundamenta & cuncta, in Vallisole  
 tana primum Urbe (unde & Virorum  
 Antiquior orta & cognominata Refor  
 matio) & quidem in S. Anna Cæno  
 bio jacerentur. In quo nostra aitatem  
 revixit antiquus ille fervor & zelus,  
 quo S. Umbelina Virginum Cisterci  
 ensium Institutum inchoarat. Earum  
 habitus, ex viliore materia, quæ in ve  
 niri potest, secundum Regulam, clau  
 sura incredibilis, silentium perpetuum,  
 jejunia & mortificationes tales, ut vix  
 credi queant; & ut paucis multa com  
 plectar, Vita Angelica est. Utque to  
 ta Hispania hoc fructu potiretur, per  
 mittente Deo hoc Institutum proro  
 gatur, & per Urbes celebriores, hu  
 jus Reformationis excitata Monaste  
 ria, in quibus plurimæ hujus Institutū  
 Virgines sanctissimæ degunt, quæ Au  
 gustini Lopezij nostri Regulas, mag  
 na austoritate observant. Hic vero  
 summa perfectionis opinione vir ce  
 leber, admirabile patientia in calcu  
 li, ad usque defectum animi, alijsque  
 infirmitatibus, speculum & exemplar,  
 paulo post, hoc ipso nimirum anno,  
 ad præmia tam utiliter laborantium,  
 vocatus, excessit. Ex Phœnico revi  
 scente Chrysost. Henrig.

Moritur eodem ipso anno Vene  
 rabilis P.F. Laurentius de Zamora, ne  
 b b 2 scias,

*Argutissimus  
de Lopez.*

*S. Umbelina.*

*ne imita  
tio.*

*Prolatare*

*amply Re  
formatio.*

*Laurentius  
de Zamora*

*moriatur.*

scias, Sanctior an Doctior; reliquis ingenij summi magnis monumentis, quæ inter magnum omnino & mirificum opus, quod *Monarchiam Mysticam Ecclesie*, inscripsit, Epitaphium sequens ipso positum:

*Sermonis Sacri conscripta volumina dicunt:*

*Non latet in medio, qui latet hoc tumulo.*

Moritur hoc ipso etiam anno R.

*Conradus P. Conradus Alopitius, celeberrimi Alopitius Garstensis in Superiore Austria Cenobij Mon. Garstenf. Monachus, Vir Religiosissimus, à Magna Numinis gratia, maxime in liberrandis energumenis, & profligandis Cacodæmonibus plurimum, celebratus.*

*I ESU CHRISTI ANNUIS. M. DC. XV.*

*Sancti Patris Benedicti. M. C. XXXV.*

**E**tiam Romæ in tanto sanctissimi, tanto Eminentissimorum Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tanto Principum Romanorum totiusque Italiæ præsentia, concursu & respectu, Optimum tamen Nuhem, in minimis æque excellens, ac magnis, quos diligit & à quibus diligitur solidius, major maximis non solum videri vult, (uri est ubivis) sed in suis quoque humillimis servulis, ita se probat omnibus, & conspicuum reddit, ut ima summis non æquiperantur solum, sed absque comparatione ulla, etiam coeli totius contestatione præferantur. Talis hoc ipso anno in oculis Dei, in oculis Romæ, & omnium, qui æqui rerum æstimatores sunt, fuitum illimus, & in oculis suis abjectissimus P. F. Joseph à S. Germano Siculus, vir plane extaticus simulque Angelicus, ex Angelica sodalitatem Fuliensium, nostrorum. De hoc ita Carolus à S. MARIA: Joseph à S. Germano, Siculus, ab ipso fæculo, doctrina jam, & sanctitate singulari, toti Urbi notus ad sanctæ Obedientiæ bonum comparandum Congregationem nostram ingressus, plus juvit, quam adjutus est. Obedientiæ silentijque Regularis, cultor præcipitus, paucos annos, in extrema carnis maceratione vixit, continuâ verè Extra si Deo adhærens, reali mortis exarsi in DEUM perrexit. Post mortem pluri de plebe concurrentes, de veste, pilis, unguibus abscissum aliquid detraxerunt, admirantes omnes, quod mortua ipsius caro non rigebat, sed ut

*Totus extaticus.*

viva mollis semper remanebat. Ex P. Phil. Malabayla, Carolo à S. MARIA, &c.

Vixisse supremum sub hoc ipsum tempus in terris creditur, ut in cœlis viveret, Venerabilis P. F. Bernardus Catalanus, sacrum Institutum nostrum sub Regula, S. P. Benedicti, de Calatrava Professus, Admirabilis Matris, Virginis BENEDICTÆ cultu & devo-  
tione, verè singularis, qui quo affectu eamdem Cœli imperatricem, Angelorum Reginam coleret, illustri argu-  
mento testatum, posteris reliquit, quando nimurum, pro auctoritate ma-  
jori, & obligatione testiori, Insti-  
tumento publico ereto, exoratis certis Patronis, ejisdem testibus, sc̄e Eidem Virgini perpetuo devovit, & eman-  
cupavit. Cujus devotionis Copias, multorum forè usui salubriter futuras hīc subiçimus:

*MARIA Virgo sanctissima, Mater Emanu-  
Domini nostri JESU Christi, veri DEI patro fæ-  
& hominis, Advocata & Protectrix pecca-  
torum: Ego illorum maior, & qui magis  
tuo indiget favore, O piatiss & Misericordia Rezina, ad pedes tuos provolutus  
me in perpetuum Tuæ Majestatis servum  
offerò, & humiliter peto, in talē admittas,  
obtineaque a Filio tuo eam gratiā,  
qua ad ilib placendum in omnibus meis co-  
gitationibus, verbis & operibus requiri-  
tur, diligendo ex toto corde Divinam Ma-  
jestatem, qua cogitavero, locutus vel, ope-  
ratus fuero, vel omisero cogitare, dicere  
aut operari, ad supremum honoris & glo-  
rie SS. Trinitatis dirigantur, cui meæ actio-  
nes gratae erunt, si tu Virgo immaculata  
hanc donationem & oblationem, qua me  
in perfectum servum tuum offero, digneris  
admittere. Et precor S. Joseph Sponsum  
Tuum, Anzelum Custodem, S. Bernardum,  
S. Benedictum, Sanctos Joannem Bapti-  
stam & Evangelicum, Vincentium Mar-  
tyrem & Vincentium Confessorem, Sanctos  
Guilelmum & Honoratum, Sanctam Annam felicem Matrem tuam, S. Magdale-  
nam, sanctos Apostolos, & omnem Curi-  
am celestem, Angelos & Spiritus beatos,  
velint pro me intercedere, quatenus Tu di-  
gnissima DEI Mater, me in perpetuum ser-  
vum recipias, possimque Te imitari in vo-  
luntatis propria resignatione, & profunda  
humilitate ceterisque Virtutibus, quibus ornata fuisti. Et ut omni tempore con-  
flet me tibi ipsum tradidisse, & ad eus rei  
per-*